

Addit. ad Covarruvias

81 aliquid est, furtum committi, & aliud, furti actionem dari; & quis uxori § 1. in fine, ff. de furt. sunt enim plures calami in quibus furtum sit, & actio furti denegatur, l. 1. ff. de act. rer. amot. l. servi, & filii 17. dict. l. si quis uxori, in princip. l. si libertus 91. ff. de furt.

Er licet satis controversia sit, an rei minimae furtum admittatur? teste Richardo ubi supra; adhuc supposito, furtum committi, tamen furti actionem dari infrauidum est, ad exemplum actionis de dolo; nam eti dolosus vere sit, qui alium circumvenit, vel in re exigua, cum

82 dolas non in quantitate, sed in facti qualitate consistat;

83 l. dolus 10. C. de res. vend. Petri. Greg. lib. 37. synagm. cap. 1. n. 6. Cyriac. tom. 1. controver. 160. n. 66. Hermos. in l. 56. gloss. 12. n. 51. tit. 5. part. 5. Guttier. dict. quest. 151.

84 n. 12. vers. Hoc tamen. Tamen Praetor ea aequitate motus,

quam pro oculis semper debet habere, l. quod si Ephesi 5.

85 §. fin. ff. de eo, quod cer. loco, famæ hominum confusens non permittit, illa famosa actione uti pro minimo damno, dict. l. si oleum, §. fin. cum l. sequenti. Sed neque probatur in d. §. Gallinarum, rei minimae furtum fieri, cum ibi non agatur de quantitate, sed de qualitate rei surreptæ, dubitabatur enim num gallinae, & an seres essent factæ naturæ? nec imperator inquit, unius gallinae, aut annis detentoreum furti reum fieri, sed plurali loquitione uitur, ibi: Et qui lucrandi animo, ea animalia deiinet, furtum committere intelligitur. Unde textus ille nullo modo favet adversariis, Molin, ubi supra dict. num. 3.

86 Non itidem obstat l. vulgaris, ff. de furt. pro cajus solutione notandum est, rationem dubitandi illius textus non fuisse, an pro modo tritici, seu modico vini actionem furti quis possit exercere? sed num qui partem aliquam rei surreptæ, teneat, pro tota, furti actione? quam licet non auferat, videtur, invito domino, contredicere; quia dum partem tollit, corpus totum contrectat; quæstio hæc fuit Ulpiano proposta per exempla modi tritici ex acervo, & modici vini ex dolio ablati, nam videbatur totius acervi, vel dolii furtum fuisse commissum; sed Consultus id infraicit in hæc verba: Sed verum est in tantum eum actione furti teneri, quantum abstulerit. Quibus controversiam veterum Consulorum generaliter decidit, neque affirmavit, in exemplis ibi positis dari furti actionem, de quo non fuerat interrogatus, & quæ verba aliud insinuant (quod negatur) non est illis standum, sed Legislatoris menti; argum. l. generaliter 6. in princ. C. de inst. & subst. cap. humana 11. 22. quest. 5. Jason. in l. juris gentium, §. aut. Praetor. n. 15. ff. de pac. Del. bene supra, tom. 2. cap. 16. dub. 37. n. 5. Gonçalez ad reg. 8. Cancelar. gloss. 48. n. 45. Barbol. axiom. 222. n. 1. Qui 70. lolum intendit dubium præcipuum definire, non de aliis statuere, quæ altiorum indaginem exigebant, cum nullo iure expresse caveatur, pro rebus adeo exiguis furti actionem competere; & cum verba, quæ obstant, posita sint in relatione casus, & non in decisione, de illis non est curandum; Carleval. tom. 2. disp. 8. n. 33. Bernard. Diaz reg. 781. Guttier. practicar. lib. 3. quest. 17. num. 61.

Vers. Sed ut res.

88 Ecclesiæ enormous læsæ de jure communi restituionem usque ad triginta annos concedendam fore, cum D. Covarr. resolvunt communiter D D. Guttier. d. 9. 69. num. 18. Parlad. differ. 114. num. 4. Costa in d. §. & quid si tantum, part. 2. a. num. 83. Caldas in d. l. si curatorem, verbo, Infra legitimum, num. 10. Morl. sup. d. tit. 5. in pralud. num. 16. in fine, Sforz. Odd. supr. qu. 19. n. 92. Beroi. cons. 177. num. 40. quamvis Garcia de expens. cap. 18. num. 37. hoc auxilium ad quadraginta annos extendat, & Suarez allegat. 21. num. 4. ad aliud quadriennum, præter elapsum, restringat.

Ad Num. 13.

89 De intellectu l. fin. tit. fin. p. 6. videndi sunt Greg. Lop. ibi Gloss. 8. Cevall. tom. 1. q. 36. num. 16. Guttier. d. num. 18. Herm. d. l. 56. gloss. 11. & 12. numer. 127.

Pinel. in d. l. 2. part. 2. cap. 1. num. 27. in fine, & quos isti allegant.

Ad Num. 14.

Quod dict. l. fin. etiam in secunda parte intelligenda sit 90 de restitutione in integrum, & non de remedio d. l. 2. C. de rescindend. vend. verius videtur ex textus verbis: que ira teneat cum D. Covarr. Greg. Log. Guttier. Roder. Suar. & alii; quicquid alii non pauci sentiant; & in hismodi restitutione enormissima læsio erit, quæ dimidiam justi pretii egreditur, de quo supra, ad num. 11. vers. Secundo ex his etiam.

Vers. Nec enim ibi: Quamvis hec differentia.

Hanc doctrinam communem appellat Hermos. dict. 91 in l. 56. gloss. 12. n. 51. tit. 5. part. 5. Guttier. dict. quest. 151. n. 12. vers. Hoc tamen. Tamen Praetor ea aequitate motus, quam pro oculis semper debet habere, l. quod si Ephesi 5. §. fin. ff. de eo, quod cer. loco, famæ hominum confusens non permittit, illa famosa actione uti pro minimo damno, dict. l. si oleum, §. fin. cum l. sequenti. Sed neque probatur in d. §. Gallinarum, rei minimae furtum fieri, cum ibi non agatur de quantitate, sed de qualitate rei surreptæ, dubitabatur enim num gallinae, & an seres essent factæ naturæ? nec imperator inquit, unius gallinae, aut annis detentoreum furti reum fieri, sed plurali loquitione uitur, ibi: Et qui lucrandi animo, ea animalia deiinet, furtum committere intelligitur. Unde textus ille nullo modo favet adversariis, Molin, ubi supra dict. num. 3.

86 Non itidem obstat l. vulgaris, ff. de furt. pro cajus solutione notandum est, rationem dubitandi illius textus non fuisse, an pro modo tritici, seu modico vini actionem furti quis possit exercere? sed num qui partem aliquam rei surreptæ, teneat, pro tota, furti actione? quam licet non auferat, videtur, invito domino, contredicere; quia dum partem tollit, corpus totum contrectat; quæstio hæc fuit Ulpiano proposta per exempla modi tritici ex acervo, & modici vini ex dolio ablati, nam videbatur totius acervi, vel dolii furtum fuisse commissum; sed Consultus id infraicit in hæc verba: Sed verum est in tantum eum actione furti teneri, quantum abstulerit. Quibus controversiam veterum Consulorum generaliter decidit, neque affirmavit, in exemplis ibi positis dari furti actionem, de quo non fuerat interrogatus, & quæ verba aliud insinuant (quod negatur) non est illis standum, sed Legislatoris menti; argum. l. generaliter 6. in princ. C. de inst. & subst. cap. humana 11. 22. quest. 5. Jason. in l. juris gentium, §. aut. Praetor. n. 15. ff. de pac. Del. bene supra, tom. 2. cap. 16. dub. 37. n. 5. Gonçalez ad reg. 8. Cancelar. gloss. 48. n. 45. Barbol. axiom. 222. n. 1. Qui 70. lolum intendit dubium præcipuum definire, non de aliis statuere, quæ altiorum indaginem exigebant, cum nullo iure expresse caveatur, pro rebus adeo exiguis furti actionem competere; & cum verba, quæ obstant, posita sint in relatione casus, & non in decisione, de illis non est curandum; Carleval. tom. 2. disp. 8. n. 33. Bernard. Diaz reg. 781. Guttier. practicar. lib. 3. quest. 17. num. 61.

Vers. His omnibus.

Certius videtur restitutionem fuisse ex justitia concessam, quia Ecclesia fuerat enormissime læsa, ut ostendimus supra. ad n. 10. fructus autem non repetit Monasterium, quia nec si intra quadriennum ageret, illos habaret, propter obsequium à vassallo acceptum. Nec refert, 93 quod illi excellerint estimationem laboris servitii exhibiti: quoniam in dubio excessus talis non presumuntur, sed fructus creduntur correspondere labori; Escobar de ration. cap. 16. num. 53. neque aliud fuit per Monasterium probatum, quod solum intendit, sibi villam restitui, quam, cum non expediret, necessitate cogente alienavit, sive in feudum concessit. Imo quamvis prætenderet partem frumentum sibi restitui, reliquo vassallo, quod æquum foret pro labore, non obtineret; nam feudatarius dum onera feudi sustinet, omnem ejus utilitatem meretur, neque fructus commensurantur obsequis, sed quoiqui nascentur, illi cedere debent pro fidelitate, subjectione, ac servitii exhibitis domino; quapropter in datione in feudum non est locus remedio l. 2. C. de res. vendit. nisi quando feudum conceditur ob pensionem in singulos annos solvendam, ut docent communiter DD. Barbos. in collect. ad eum textum num. 29. & 30. Hermos. in l. 56. gloss. 4. num. 15. Castrensi. in d. l. 2. num. 13. Bald. num. 7. Salicet. num. 10. Cagnol num. 207. Padill. num. 29. Pinel. part. 1. cap. 3. num. 2. Rebuff. in tract. de res. vendit. contral. §. unic. gloss. 15. n. 11. Ant. Gabr. libr. 3. de tit. empt. conclus. 1. num. 74. Matieu. in l. 1. gloss. 8. num. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. Fachin. controversial. lib. 2. cap. 22. vers. Nec hinc sententia. Quo casu propriæ feudum non est, sed transit in emphyteusim, vel contractum innominatum. Greg. Lop. in l. 1. tit. 26. part. 4. gloss. 2. Bald. in l. liberti, col. fin. C. de oper. liber. Marescot. variar. libr. 1. cap. 63. num. 5. & 6. Ex quibus junctis, quæ diximus supra, ad num. 10. deducitur, Monasterium in dict. cap. ad nosram, non potuisse restitutus: aut partein eorum petere, licet ex justitia fuerit restitutum.

Ad Num. 15.

In restitutione justitia fructus venire; secus in illa, 97 quæ gratiosè conceditur, omnes fere concordes sentiunt interpres; Cevall. dict. quest. 536. num. 19. Anton. Gom. 3. tom. variar. cap. 13. num. 38. in fine, Noguer. alleg. 8. num. 37. cum sequentibus, Guttier. dict. quest. 69. Cyriac. dict. tom. 2. controversial. 321. num. 77. & 78. Odd. ubi supra, quest. 45. artic. 2. sub num. 13. & quest. 99. artic. 14. num. 123. 131. Lara in l. si quis à liberis, §. sed urum, a numer. 9. ff. de agnosc. liber. Farinac. in prax. quest. 6. numero 44. Carol. de Tapia in rubric. de constitut. Princip. cap. 3. num. 29. & 38. Ponte decis. 25. num. 9. 10. Perugian. de jur. Fisc. lib. 5. tit. 2. num. 61. Tiraquel. in l. si unquam, verbo, Revertatur, num. 276. C. de revoc. donat. Greg. Lop. in l. 1. gloss. 5. tit. 32. p. 7. Boër. decis. 98. n. 5. eam tamen distinctionem impugnat latè Molin. de iust. & jur. tom. 2. disp. 575. ex num. 4.

Variar. Resolut. Lib. I. Cap. IV.

AD CAPUT IV.

Coram quo Judice sit in integrum restitutio petenda.

S U M M A R I U M.

1 Restitutio in integrum petenda est coram Judice ejus, adversus quem postulatur.

2 Restitutio incidenter postulata petenda est à Judice cause principalis.

3 Judex loci contractus est competens ad concedendum in integrum restitutioem circa illum.

4 Judex loci rei sit, an sit competens ad restituendum in integrum, quando actione reali restitutus actuus est?

5 Qui est Judex causa preparare, cognoscere de causa preparante potest.

6 Judex loci rei sita competens est, quoies de ea vindicanda tractatur.

7 Ecclesiæ petens restitutioem contra laicum, ipsius Judicem debet adire.

8 Bona patrimonialia Clericorum gaudere negatur privilegiis rerum Ecclesiasticarum: Contra. num. 4.

9 Clericus postulans in integrum restitutioem contra laicum, coram seculari Judice compareat.

10 Fallit, si contraria vigeat consuetudo.

11 Vt si negligens sit judex laicus.

12 Ecclesiæ & Clerici pro rebus Ecclesiasticis gaudent privilegio l. unicæ. C. quando Imper. inter: sed non pro bonis patrimonialibus ipsorum.

13 In Hispania verius est, ne Clerici laicos ad tribunalia Ecclesiastica trabant, & se observantur.

14 Bona patrimonialia Clericorum obinere privilegia rerum Ecclesiasticarum, qui docent.

15 Fundamentum prefata sententia refertur.

16 Bona patrimonialia Clericorum sunt sub speciali Dei domino.

17 Patrimonium, ad cuius titulum qui sacris initiatur, non est privilegium, ut bona Ecclesiastica.

18 Contrarium verius esse probatur.

19 Patrimonium, ad cuius titulum aliquis Ordinibus insiguitur alienari non potest, nisi Clericus sufficiens beneficium obtineat.

20 Subrogatum sororius naturam ejus, cuius loco subrogatur.

21 Cessante causa, cessat effectus.

22 Virum desideretur circa ad relaxationem juramenti qui disperant.

23 Ad relaxandum juramentum, similque rescindendum contractum, citatio precequiritur.

24 Ad relaxationem juramenti solum ad effectum agendi, non desideratur citatio; de quo infra num. 37.

25 Relaxatio an sit concedenda illi, qui in perjurium jam incedit remissire.

26 A quo Judice petenda est relaxatio juramenti ad effectum agendi qui tractant.

27 Dupliciter quis liberari potest à vinculo juramenti ad effectum agendi, & quomodo.

28 Per juramentum in contractibus additur forus foro.

29 Factum Judicis, censor factum partis.

30 A quibus Judicibus concedi possit, relaxatio ad effectum agendi, latè explicatur.

31 Solus Judex, qui de contractu jurato habet cognitionem, potest concedere relaxationem, per quam ipse contractus irritus fiat.

32 Potestas relaxandi juramenta ad effectum agendi est pœnas Ecclesiasticum Ordinarium.

33 Legatus de latere est Ordinarius in tota provincia, cui missus est.

34 Nunquam Apostolicus, qui in Hispania residet, relaxat juramenta ad effectum agendi, & sine citatione; secus Ordinarius, qui de consuetudine citat.

Faria ad Covarruviam.

35 Ad obtinendam relaxationem ad effectum agendi, probanda est causa legitima, saltem semiplene.

36 Potest in eodem libello peti integrum restituiri, & simul proponi actio, qua illa concessa, est cœtiatura.

37 Magis communis sententia docet, non desiderari citationem ad relaxandum juramentum ad effectum agendi, de quo supra num. 24.

38 Data absolutione ad effectum agendi, juramenti vinculum permanet quoad cetera.

39 Non eget nova absolutione, qui eam obiunxit ad effectum agendi, si contractus rescindatur.

40 In obligationibus conceptis in forma Camera Apostolica non datur relaxatio ad agendum.

41 Relaxatio juramentum ad effectum excipendi, sed non reconveniendi.

42 Obirent absolutione ad effectum agendi in casu authentis Sacra menta puberum, minor debet petere restitutio nem, ut contravalidum contractum.

43 An enormiter lesus in contractu jurato possit agere, non obirent relaxatione juramenti:

44 Profecti si constet de lajone, alias non.

45 Jurans actum meta compulsum agere sine relaxatione non potest; sed contra observatur.

46 Judex causa preparantis est competens quoad causam preparatam.

47 Judex Ecclesiasticus, qui relaxat juramentum ad agendum, an possit de contractu cognoscere?

Addit. ad Covarruvias

De Judece loci rei sitæ iridem dubitatur, num possit in integ. em. restituere, quando restitutio obiecta minor actione f. alii experturus est? concedunt Duaren. in lib. 4. Digestor. tit. 14. & restit. in integ. cap. 3. fol. 75. & in tit. C. nbi, & apud quem. fol. 119. vers. Et certe si quis minor, & vers. Hinc facile Rebuff. ad confit. Gallia tom. 2. tit. de res. contratt. art. 1. gloss. 21. num. 13. Bellacomb. inseritus syntagma comm. opinion tom. 1. lib. 2. tit. 22. num. 1. Contrarium sentiunt Cyriac. dict. controversial. 380. numero 58. cum sequentibus, & Tondut. dict. cap. 20. numero 13. qui num. 10. cautelam ostendit, qua adit possit pro restitutio impetranda Judex loci, ubi res sita est, propter quam minor restituui desiderat. Sed his refragatur vulgate axioma, ut seilicet qui est judex causa preparata, possit de causa præparante cognoscere; quod ex multis probat Carleval. num. 204 post medium, eni Cyriac. responderet, d. controversial. 381. num. 50. & 51. non esse locum in hac controversia. Nam illud dumtaxat admittitur, cum Judex ad utramque causam competens alias est; aut Judex loci rei sita jure potest de actione in rem cognoscere. fin. C. ubi in rem aet. cap. fin. de for. comp. sed non integrum restituere, de quo Oddus dict. part. 1. quast. 3. art. 14.

Ad Num. 2. & 3.

Ecclesiam adire non posse Judicem Ecclesiasticum ad obtinendam restitutio adverius laicum cum D. Covarr. affirman Parlad. differ. 9. §. 3. num. 8. Barbos in l. heres absens, §. proinde, num. 31. cum sequentibus, ff. de judic. Caldas in l. si curatore, verb. Implorare, num. 32. C. de in integrum restit. Carleval. num. 195. qui contraria opinionis fundamentis bene satisfacit, August. Barbos in collect. ad cap. 1. num. 9. de in integ. restit. & ita fuisse judicatum in Vallisoletana Cancellaria, quamvis ipse aliter sentiat, testatur Guttier. canonie quæc. lib. 1. cap. 4. num. 10. Quæ opinio verior videatur; nam jura, quæ contrarium probant debent intelligi, quando ex consuetudine, vel alia causa Ecclesia obtinet in laicos jurisdisctionem, quoad bona Ecclesiastica, de quibus agitur. Nihilominus contrarium est receptissimum, quod defendunt Tondut. supr. cap. 28. num. 17. part. 2. Marant. in prax. part. 6. tit. de appellat. num. 113. Sforz. Oddus dict. quast. 32. art. 13. num. 115. & art. 15. a numer. 123. Rodano. de reb. Ecclesiast. quast. de restitut. in integr. §. 7. Bernard. Diaz reg. 219. fallit. 2. Perez in l. 1. gloss. 1. col. 883. vers. Item fallit. Avendau. part. 1. cap. 4. Prætor. num. 42. vel. Et quia talis, & plurimi alij.

Bona patrimonialia Clericorum, non gaudere eodem privilegio, ac Ecclesiastica, nisi in casibus expressis in jure, est communis resoluti, Cevall. tom. 1. quast. 36. numero 7. Guttier. practicar. lib. 3. quast. 27. num. 7. Deci. in cap. Ecclesia S. Mariae, num. 22. de consit. ubi Barbat. num. 4. Paz in praxi tom. 2. prel. 2. num. 16. Curtell. de immun. Eccles. lib. 2. quast. 8. num. 20. & sequentib. & quast. 40. & 43. Bobad. qui plures adducit, in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 260. ubi Gloss. lit. F. Menchac. de success creat. §. 20. num. 659. & §. 22. num. 40. Vivian. commun. opinor. lib. 3. verb. Clericus in bonis: Lælius Mancin. disquisit. genialium juri. disp. cent. 3. cap. 241. cum seqg. Dried. de libert. Christ. lib. 2. cap. 3.

Hinc sit, ut Clericus implorans restitutio auxilium in laicum, non possit coram Ecclesiastico judice compari, licet Ecclesia tale privilegium haberet, atque ita tenent Odd. dict. quast. 32. art. 15. num. 125. Guttier. ubi numer. 11. Quod tamen fallit primò, si vigeat consuetudo in contrarium, ut Salmantica. Paz ubi supra, n. 20. Balaños in Curia part. 1. §. 5. num. 17. Secundo quando

Judex laicus negligens fuerit in ministranda iustitia Clerico restitutio postulanti, Bobadil. dict. lib. 2. cap. 17. num. 111. & comprobatur premissa sententia ex doctrina Carleval. & plurimum, quos ipse laudat num. 585. & 587. Nam eti Ecclesia, vel Ecclesiastici litigantes pro rebus Ecclesia uti possint privilegio electionis fori concessio miserabilibus peronis in l. unic. C. quand. Imper. int. pupill. & vid. id non extenditur ad Clericos pro rebus suis patri-

monialibus, & in Hispania veticum est regulariter, & in præxi obtinuit, ne Clerici laicos ad Ecclesiastica Tribunalia trahant, ita stabilitum est 1. 57. tit. 6. p. 1. & ordin. Lusitan. lib. 1. §. 1. n. 17. de quo testantur Carleval. & sequaces ubi proxime.

Sed nihilominus non paucis placuit contrarium, & sic quod patrimonia Clericorum eisdem portantur privilegiis, ac Ecclesiastica res, & quod indistincte possunt Clerici laicos apud Ecclesiasticos Judices convenire. Gloss. in cap. similiter 58. 16. quast. 1. Del. bene, qui latè differit, de iwan. Eccles. part. 1. cap. 7. dub. 2. sect. 2. ex num. 6. Olaschi. decif. 37. num. 7. Zabarella in cap. si clericus laicum, de for. comp. Balboa, ibi. num. 6. Beller. disquisitor. cleric part. 1. titul. de favore Clericor. reali §. 5. num. 2. 3. & alij communiter in dict. cap. si Clericus, qui laicum conveniri posse à Clerico coram Ecclesiastico docent, maxime actione reali; Menoch. conf. 1. 61. num. 10. cum sequentibus, & ratio est, quia patrimonia privata Clericorum, res censentur Ecclesiastica, quatenus ex eis ministri Divini cultus aluntur, ut suo ministerio commodius incumbant, P. Suar. de Relig. tom. 4. tract. de immun. cap. 24. numer. 11. Valenç tom. 4. disp. 9. quast. 5. punct. 4. & alij huic opinioni subscrivunt apud Del. bene cap. 5. dub. 2. sect. 1. num. 2. qui ab. 1. sect. 1. num. 14. ait, ea bona sub speciali dominio Dei est, ex quo idem privilegium, ac rebus Ecclesiastici patrimonio Clericorum tribueundum, illi sentiunt: de quo etiam videndi sunt Cast. d. tom. 7. de Tertiis. cap. 9. num. 18. Beller. tit. de exempt. clericor. §. 5. num. 2. Morta in emp. part. 1. titul. 2. in pral. num. 144. Gironda de privilegiis explicat. num. 240. Perez in l. 8. tit. 2. lib. 1. ordin. pag. 44. Navar. conf. 5. de immun. Eccles. in novis.

Ad Num. 4.

Patrimonium Clerico constitutum in titulum ad Ordines suscipiendos non juvari eisdem privilegiis, ac res Ecclesiastica, & si pro eo imploretur restitutio contra laicum, Judicem sacerularem esse aedundum, cum D. Covarr. tenent Salzed. ad Bernard. Diaz in prax. cap. 18. num. 14. Guttier. dict. quast. 27. in fine. Sed contrarium communiter receptum est, ut docent Tondut. d. c. 18. num. 18. Lara in l. si quis a liberis, §. solent. num. 36. Cevall. tom. 1. quast. 527. num. 4. Spino in specul. testam. gloss. 18. n. 72. Azeved. in l. 1. num. 9. tit. 4. lib. 1. Recop. Bobad. ubi supra, dict. num. 260. in gloss. lit. F. in fine. Decian in cap. Ecclesia. n. 65. 1. 6. de consit. Cen. præf. lib. 1. q. 161. num. 10. Ciarlin. controversial. forens. cap. 22. num. 48. Volp. in prax. judic. Ecclesiast. cap. 17. num. 24. Aug. Barbos. de potest. Episc. part. 1. allegat. 19. num. 91. Del. bene, part. 2. cap. 10. dub. 7. num. 17. Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 8. quorum plerique questionem proxime propotiam latè tractant, ac tandem concludunt, bona Clericorum non obtinere privilegia, quæ Ecclesiastica rebus competunt, nisi ad eorum titulum quis sacros Ordines suscipiat. Et hæc sententia nisi sit decreto Sac. Concilij Trident. ses. 21. cap. 2. quo illa bona prohibetur alienari absque Episcopi permisso, donec Ordinatus congruum obtineat beneficium, atque ita inter Ecclesiastica vindicetur constituta. Deinde cum hoc patrimonium subrogatur in locum beneficij, ejusdem naturam debet sortiri, l. 1. §. sequis sub conditione, ff. ut leg. seu fideic. nom. caveat. l. 1. sitiam angusti 13. ff. de servitu. Cevall. num. 3. Deci. in d. cap. Ecclesia S. Mariae, ubi hoc in favorabilibus concedi, & subrogatum omnibus gaudet privilegiis, quæ ei, cui subrogatur, competent Argel. de acq. possess. 9. 7. art. 2. num. 15. Paris. ex aliis conf. 57. col. 2. num. 14. lib. 4. Tandem in conservatione hujusmodi bonorum, favor ipsius Ecclesia maximè vertitur, cum ea sint necessaria ad sui ministri sustentationem; quibus deficientibus dum vicum Clericus quereret, suo ministerio vacare nequerit, aut Ecclesia sumptibus esset alendum, quod periculum imminet, dum Ordinatus sufficiens non adipiscitur beneficium; quo casu sicut alienationem Concilium liberè permittit, ita & privilegiis rerum Ecclesiasticorum illud patrimonium privabitur. Nam cessante causa, et. eius quo que debet extingui, cap. cum cessante 60. de appellat.

Argel.

Variar. Resolut.Lib.I.Cap.IV.

Argel. q. 3. art. 10. num. 80. Menoch. de presumpt. lib. 4. pref. 189. num. 196. Quare hæc opinio verior, ac communior videtur contra D. Covarr.

Ad Num. 5.

22. Utrum desideretur citatio ejus, cui juratum est, ad relaxationem juramenti concedendam? tradunt Guttier. in sacramenta puberum, num. 111. cum sequentibus, C. si aders. vendit. Azeved. in l. 1. à num. 13. tit. 21. lib. 4. Recop. Tusch. lit. A. conclus. 6. Cevall. tom. 1. quast. 434. Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. 4. num. 55. Paz ubi supra, num. 38. Del. bene 1. part. cap. 8. dub. 2. sect. 4. Sanch. in Decal. lib. 3. cap. 21. num. 28. Balaños in Curia, 1. part. §. 5. num. 15. Hermol. in l. 5. 6. tit. 5. p. 5. gloss. 11. & 12. num. 100. Marescot. variar. lib. 2. cap. 84. num. 19. Lugo de just. & jur. tom. 2. disp. 22. num. 241. Ricci. in prax. for. Ecclesiast. decis. 290. in 2. edit. Ex quibus constat, in relaxatione juramenti, per quam contractus venit rescindendus, necessario intervenire debere citationem, quod nullus iniciatur, ut præter laudatos supra, tenent Salzed. ad Bern. Diaz reg. 50. limit. 4. Flamin. de resignat. beneficior. lib. 13. quast. 1. num. 38. Carroc. de locat. cap. de rescind. locat. num. 38. vers. Maxim. Cacher. decif. 2. 5. numer. 7. Rot. Gennens. decis. 197. num. 3. 13. Hieron. de Leon. Valent. decif. 64. num. 6. 9. Sed cum juramentum solum remittitur ad effectum agendi, vel excipiendi, adhuc multi sentiunt, opus esse citatione, Tiraquel. in tract. res inter al. act. limit. 10. vers. Declara sexto Ant. Gab. comm. lib. 2. tit. de citat. conc. 1. num. 85. Joseph Ludovic. decis. 18. à num. 2. Didac. Perez in l. 2. vers. Quarto decis. sexto, tit. 2. lib. 2. ordinam. Menoch. conf. 24. à numero ii Borrrell. in sum. decis. tit. 44. num. 243. Cened. ad Decretal. collectan. 78. num. 2. Couratium tamen magis commune est, & in praxi observatum, ut plures restantur, & Guttier. ubi sup. prime sententiae fundamentis facit. Atque ita docent omnes relati supra, numero 22. & Gagliard. de absolut. à juramento. §. 1. num. 1. Mandosi. in addit. ad Lapum allegat. 10. verb. Procedere, & verb. Absolvere, in fine. Mascal. in prax. aurea lib. 1. part. 4. in gloss. perjurii, num. 39. Affl. Et. decis. 220. numer. 10. Bartsus conf. 72. num. 23. Roland. à Valle. conf. 2. per totum. Et relaxationem juramenti non esse præstandam, postquam petens perjurio incurrit, ex alij tenet Paulador. ibidem, num. 36. sed Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 32. num. 16. differunt, & merito.

Vers. Verum ut res.

26. A quo judge sit relaxatio juramenti postulanda ad effectum agendi, fose disputant Carleval. ubi sup. a a 2. 197. Sanch. dict. lib. 3. cap. 22. num. 15. Lugo d. disp. 22. ex num. 237. omnino videndi. Lessi de just. & jur. lib. 2. cap. 42. dub. 1. de quo agunt itidem omnes ferè, quos proximè allegavit. In qua questione duo involvuntur difficultates: Prima, quis Judge ad hoc sit competens, jurantis, vel ejus cui juratum est? Secunda, an judge Ecclesiasticus, vel sacerularis sit aedundus?

27. Et pro utriusque endatione notandum est ex præfatis DD. duplicitate posse quem liberari à vinculo juramenti ad effectum agendi, vel directe, petendo absolutionem, quam solum proprii, & Ecclesiasticus judge potest concedere, sub cuius jurisdictione est quoad spiritualia; vel indirecte obrent remissione ab ipse, in cuius favorem juravit, per quam etiam quoad Deum solitus manet; ad quod recte compatebit coram judge Ecclesiastico, aut sacerulari adversarijnam cum condonatio obligationis ortæ ex juramento præstari debeat ab illo, cui juratum est, uterque est competens, quandoquidem quilibet eum ad condonandum compellere potest. Ecclesiasticus ratione juramenti, per quod additur forus foro, Marescot. variar. lib. 1.

28. cap. 62. num. 11. & quod contractus juratos, etiam in laicos jurisdictionem acquirit; cap. fin. de for. competent. in 6. Marant. de ordin. judicior. par. 4. cap. judicium faculare, vel Ecclesiasticum, numer. 14. Guttierrez de jura men. confirmat. p. 3. cap. 12. numer. 2. Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 67. à numer. 1. Sacerularis, quo Faria ad Covarruvias,

niam hujusmodi remissio res spiritualis non est, & cùm laicus sit, cui juratum est, relaxandi juri, & incapaax non censetur; Barbos. in collectanea ad cap. 2. num. 5. de jurejurand. Carleval. supr. à numer. 210. Sanchez d. lib. 3. cap. 22. num. 14. 15. Del. bene dict. sect. 4. quod loci recte inquit, relaxationem istam, pro remissione ejus cui juratum est, cedere; nam factum iudicis, factum partis reputatur; quod & alij ex præallegatis notwithstanding, leg. si ob causam 13. Cod. de evictiōibus, Cyriacus tom. 1. controversial. 248. num. 8. Menoch. conf. 518. n. 8. Tondut. questionum civilium cap. 22. num. 3. Escobar de ratiōne, lib. 1. cap. 33. num. 8. Noguerol allegat. 11. numero 156 in fine. Olea de cession. juri tit. 5. quast. 13. n. 3. Velasc. loc. commun. lit. Faziomat. 52.

Sed quoniam tradita doctrina non eodem modo semper ad præxim reduci potest, propter differentiam tam jurantium, quam eorum, quorum causa juratur; ideo quid in singulis casibus obseruantur sit, breviter ostendetur: nam si laicus jurat laico, relaxatio petitur a judge Ecclesiastico jurantis, vel a sacerulari, aut Ecclesiastico adversarij. Idem juris est, cum Clericus jurat laico. Quod si laicus jurat Clerico, solus Ecclesiasticus aedundus erit cujuslibet: similiter si uterque contrahens Clericus fuerit. Sed si duo infideles sint, quorum unus alteri jurat, nullæ sunt partes judicis Ecclesiastici, sed Judge ejus qui juramentum pro se habet, illud valebit remittere: at quando infidelis fideli jurat relaxationem concedere potest tam Ecclesiasticus, quam sacerularis Judge fideli: è contra si fideli infidelis jurat, relaxabit vel Ecclesiasticus jurantis, aut sacerularis illius, qui jurando nititur: Sanch. dict. cap. 22. n. 19. Carleval. num. 215. Ad quam relaxationem juramenti erit competens Judge non solum domicili, sed etiam loci contractus, Felin. in cap. fin. num. 24. vers. Ultimo in isto subditto, de for. compet. Sanch. d. cap. 21. num. 31. Tusch. lit. A. conclus. 57. n. 5. Carleval. num. 204. locus vero contractus intelligitur, etiam in quem destinata est solatio, et si alibi contractum fuerit. l. contraxisse 20. ff. de act. & obligat. Ant. de Amat variar. resol. 33. num. 6. Tondut. cum alij. sup. part. 1. cap. 18. num. 11.

Hæc dicta sunt de relaxatione jutamenti ad effectum agendi, quæ solet sine citatione concedi; aliter autem res se habet, cùm simus agitur ad irritandum contractum, quo calu omnino pars citari debet; & ille erit Judge competens, qui de causa principali cognoscere potest, ut comprehendit est. Facultas relaxandi haec jutamenti est penes Ordinarij, quo nomine continentur Episcopus, Vicarius generalis, Capitulum. Sede vacante, Abbas exemptus, vel alij quasi Episcopalem jurisdictionem obtinentes. Hermol. num. 96. & 97. Lugo num. 141. Sanch. dict. lib. 3. cap. 21. à num. 29. Quibus adde Legatum à latere, qui etiam Ordinarius est in rota provincia, in qua suo munere fungitur, Pellizzar. in manuali regul. tom. 1. tract. 6. cap. 2. num. 79. & de Nuntio, qui in Hispania residet, testatur Paz in praxi, num. 39. & Balaños ubi supra, qui asse- runt, usu receptum esse apud nos, ut Nuntius sine citatione jutamenta relaxet ad effectum agendi. Ordinarius vero non utique quod displicet Sanch. dict. cap. 21. n. 28. post medium. Postulans relaxationem hanc semper è debet probare justam causam, propter quam debeat concedi, Guttier. dict. num. 112. vers. Sed meo iudicio, notant DD. in cap. 1. de jurej.

Ibi: Actionem rescissoriā non posse deduci. Posse in eodem libello proponi remedium restitutiois, & actionem, quæ restitutio concessa, competitura est; sentiunt Tondut. dict. cap. 20. numer. 6. cum sequentibus, (& si id valde controversial fatur) & alij apud Cyriacum d. controversial. 380. num. 21. Quod fieri debet, proponente actore principalem actionem, sibi obiectante exceptionem, quam adversarius habet, & contra ipsam petenda est restitutio in modum replicationis; quod bene explicit Tondut. num. 10. & vide Paz. in prax. tom. 2. prælud. 2. num. 39. ubi ait in praxi observari, ut simul relaxatio jutamenti, & rescissio contractus in codē libello postuleretur.

C 3 Ad